



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sancti Epiphanii Episcopi Constantiæ Cypri, Opera Qvæ
Extant Omnia**

Epiphanius <Constantiensis>

Coloniæ Aggripinæ, Anno M.DC.XVII.

Ex Bellarmino de scriptorib. Ecclesiasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80258](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80258)



Ex Bellarmino de scriptorib. Ecclesiasticis.

Sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus floruit sub Valente, Gratiano, & Theodosio Augustis. Scribit S. Hieronymus in lib. de scriptoribus Eccles. Epiphanium anno quartodecimo Theodosii adhuc superfuisse, & in extrema etiam Senectute libros scripsisse.

Opera eius hæc extant.

Opus panarium contra omnes hæreses quæ tunc ad octoginta numerabantur.

Liber inscriptus Ancoratus.

Anacephaleosis, siue summa Panarii.

De mensuris & ponderibus liber.

Historia brevis de Prophetarum vita.

Ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum epistola, à Sancto Hieronymo latinitate donata.

De his operibus nulla dubitatio est.

Dicitur Epiphanius scripsisse vitam S. Hilarionis: sed ea non extat.

Ad finem epistolæ ad Ioannem Hierosolymitanum videtur aliquid additum ab Iconoclastis: de qua re vide controuersias nostras lib. 2. de Sanctis cap. 9.